RUPERTUS TUITIENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 32r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



plena lacrimis. In quo facies tua decorat. In eo uidelicet quod mag
na est fides. magna est humilitas tua. Iste est decor quem concupiuit
rex. quem admodum psalmus dicit. Audi filia & uide. & inclina
aurem tuam. & obliuiscere populum tuum. & domum patris tui. & concu
piscet rex decorem tuum. Capite nobis uulpes paruulas. que 55
demoliuntur uineas. Nam uinea nostra floruit. Uulpes herodes. 55
uulpeculę siue paruule uulpes illius temporis omnes qui querebant
animam pueri. Unde & de quodam exposteris eiusdem nominis.
cum nuntiatum sibi fuisset a phariseis dicentibus. exi & uade hinc.
quia herodes uult te occidere. ite inquit. & dicite uulpi il
li. Ecce eicio dęmonia. & sanitates perficio hodie & cras. &
tercia die consummor. Ergo uulpes herodes. maxime quia
non solum crudelis. uerum etiam dolosus ille qui dixit. Ite. & in
terrogate diligenter de puero. & cum inueneritis. renuntiate
mihi. ut & ego ueniens adorem eum. Fuisse cum eo iam tunc etiam
alios eiusdem dolositatis uel ex eo constat quod angelus ad io
seph ita dixit. Surge & accipe puerum & matrem eius & uade
in terram israel. defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Igitur
uulpes paruulas que demoliuntur uineas. capite nobis
inquit. i. occidantur. cito moriantur. & dispereant. qui querunt
animam pueri. Nonne uidetis paruulas uulpes istas quomodo
demoliuntur uineas. Herodes enim non cessat occidere fere omnes
qui erant regię stirpis. non cessat perscrutari ut funditus deleat
domum dauid. de qua regem xpm nasciturum fore audiuit
Nonne uidetis adultimum quod teneros palmites fera ista